Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

64

De conformi pietate principis

exorrimibz mg̃ qm̃ rege aut prin
cipe decz et g° Prov. xx° dic
Salomon clementia et veritas custodiunt
regem et roborabitur clementia
thronus eius ¶ Est hac triplici
ter uti debz Primo ut sit prin
ceps pius ad compaciendum consolandum
2° ut sit hylaris ad suorum
consolacionem Tercio ut sit liberalis
ad beneficiorum quietacionem ¶ De
primo Job xxix° Cum sederem quasi
rex circumstante me exercitu eram
tamen merencium consolator Et j° Reg. xxii.
convenerunt ad david omnes qui erant
in angustiis constituti et oppressi
erant ere alieno et amaro animo
et factus est eorum princeps ¶ De
secundo Prov. xvi. In hylaritate
vultus regis vita et clemencia
eius quasi ymber serotinus Hester
v°. rex assuerus sceptrum suum
virgam auream habebat qua signum
clemencie monstrabatur et nemo
ad eum accedere presumebat nisi
ad quem prius virgam extende
bat De quibuzdam comes oracius
in quadam epistola similitudine po
nit quod leo in firmum se fingit
et feras ad se venientes ingu
lauit Vulpes pecunia vero egre
ta eum non visitaret cum respon
dit quia venientium ad se ferarum
vestigia cernere sed nulla re
deuncium Unde versus ibidem po
nitur ad mecenatem Olim quod

Nota de leone et uulpe

uulpes egroto cauta leoni Re
spondit referam quia me vesti
gia terrent Omnia te adversum
spectancia nulla retrorsum
¶ De tercio legitur in gestis romanorum
quod titus princeps avariciam tanta
liberalitate purgavit ut amor
et delicie humani generis ab omnibus
diceretur facundissimus bellicosissi
mus moderatissimus cunctis adver
sum se conjuratis dimisit et
in eadem familiaritate qua antea habuit
facilitatis et liberalitatis tante
fuit ut cum nulli quicquam negaret
et ab amicis reprehenderetur respon
dit nullum debere ab imperatore tri
stem recedere et cum quadam die
in cena recordatus fuisset nulli
se quicquam illo die prestitisse dixit
o amici hunc diem perdidi Sci
pio affricanus ut ibidem legitur cum
quandam virgo nobilis et pulcherri
ma ita ut omnium in se oculos ex
decore nimio provocaret sibi ad
ducta captiva fuisset reddidit
eam illico sponso suo adici
ens argentum quod parentes in
redempcione eius tulerant ut esset
virginem in dote et marito in
munus nupciale tali munifi
cencia gens illa imperio romano
accessit que forte alias non
cessisset ¶ In annalibz colo
niensium legitur Erticus rex dacie de
uocionis gracia veniens Coloniam

Nota de Tyto

De scipione

Nota de Erico rege Dacie et de tribus sanctis regibz